



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

125 Publica utilitas privatae est praeferendae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

dum Vicariatus munere fungerem in Episcopatu Vercellensi, & diocesiua visitare, in illius agro plura oppida, & castra depopulata, incolisque spoliata, ac fere derelicta, comperi, & à quamplurimis incolis, & laborantibus præmissa accepi: est enim valde absurdum, ut voracitate quorundam, qui ex semine, & cultura orizæ uberiores fructus percipere prætendunt (licet Dei iudicio quandoque decocti, & fugitivi recedunt) oppida, & castra devastentur, & propterea, ut homines pereant, † cum hominum gratia omnia sint constituta, §. *in pecudum in fin. ff. de usur. & Bart. in l. 1. numer. 1. ff. de stat. hom.*

122 Homo enim † est dignissima creaturatum l. *justissima* juncta, gloss. *in ver. dignitatem, de edil. edict.* Ideo formavit illum Deus ad imaginem suam *Genes. 1. & c. 2. de homicid. l. si quis in metallum. C. de pœnis cum pluribus alijs per Cepoll. in dicta l. justissime alleg. Matth. de Afflict. in constitut. Règni, lib. 2. rubr. 67. de Sacram. præst. bajul. §. de Burgensatibus, numer. 12.* Unde Ovid.

Pronaque cum spectent animalia cœtera terram,

Os hominum sublime dedit, cœlumque videre.

Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Et Virgilius:

Igneus est illu vigor, & cœlestis origo.

123 Propterea homini † omnia subijciuntur. *Genes. capit. 1. & Psalm. 8. vers. omnia subiecisti.* Nam ipse est compendium omnium rerum, quæ à summo opifice creatæ fuere: viderat enim ille supremus artifex, omnia frustra fuisse creata, nisi illis norma daretur, & finis, ad quem

res illæ, & universa mundi machina creata fuerat. Ideo fecit Deus hominẽ, tanquam normam omnium rerum, ad cuius finem omnia disponerentur, *ut in §. in pecudum, & ibi etiam gloss. iussit. de ver. devis. Lud. Gomel. in §. superest, num. 13. circa fin. in sit. de action. & cum hominis vita res sit inæstimabilis l. fin. C. de ijs qui dejecer. vel effud. Matth. de Afflict. super constit. Règni, lib. 1. de clandest. homicid. §. si damna, nu. 11.* illius maxime est habenda ratio. Ideo Principes, & magistratus minimè indulgere debent privatæ paucorum utilitati ortans seminantium in totius universitatis præjudicium,

125 Nam † prius debent Reipublicæ, quam singulorum utilitatem, & commodum præ oculis habere, cum publica utilitas privatæ sit præferenda, *c. scias frater, 7. qu. 1. l. pen. C. de primipil. lib. 12. l. pen. ff. de priv. vil. cred. & Bart. in auth. de hered. & salcid. num. 4.* Quare ad salutem corporum tuendam de aeris statu, & optima ejus qualitate conservanda impense est invigilandum: nam toti † in aere versamur, & vitam in eo ducimus, ita quodd sine haulu spiritus ultra horas septem, sine cibo, ultra totidẽ dies vita non durat. *Macrobius in som. scip. lib. 1. c. 6. circa fin. & qui ut experientia monet, si gravis sit, & corruptione obnoxius, quod maximè fit ex gravi stagnorum, lacunarumque efflatu, ut exhalatione innumeris morbis mortales inficiat, & extremum vita diem appropere, Unde verius.*

Si cupis incolamem vitam traducere, cœlum

Effuge corruptum nebulis, nidore, lacunã. Quodque movet madidus morbofis a frigus auris.

Hiuc